schismam reiecerit. Pontifex Honorius II anno 5. m. 2. d. 8. ergo ad annum Domini 1130.
ergo et anno regni Lotharii III. quintum, ultimum suum propositum adeptus terminavit, vivente
adhuc Anacleto in exilio. Vix Honorius papa defunctus est, cum statim clerus & populus
Romanus divisus est; alii elegerunt Petrum filium Petri Leonis cardinalem presbyterum
& Anacletum appellantes papam esse statuerunt. Alii vero Gregorium
diaconum sancti Angeli eligentes & Innocentium appellantes Petro opposuerunt. Hi
duo pape in urbe cuncta per Romam per schisma ordinati sunt, & in
anno Domini 1130 in urbe Romana Domini schisma conservaverunt, & ipse mutuo
cum complicibus & fautoribus suis anathematizaverunt. Ambo contentio
detestabilis per hyemem ferme anno protracta est. Verum anno Domini 1137.
Anacletus finem dedit pertinacie moriendo, Innocentio insaniente.

--

Ecce ultra hunc annum (1135) dicit 460 annos adhuc fuisse futuros ad
completionem Tertii magni circuli prefecti, in quibus hucusque superiori
statum futurorum temporum ~~disponere~~ disponere & ordinare studuimus, breviter
rogamus omnes ipsa lecturos, ut mei peccatorii humilitatem presbyteri
Heinrici qui hanc quaestiunculam non ad novitatis ostentationem
sed ad veritatis investigationem & invicem excitationem * et
laborem, dignentur apud Dominum Jesum Christum et hoc meminisse